



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Caput 30. Inicium patrię Leuiticorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

**M**nde sunt sacerdotes & ministri & leuitæ: Amram filius Caath filij Leui, filij Iacob. Leui genuit Gerson & Caath & Emeher, filij autem Gerson Lebni & Semei & Emeher. Hi filij Leui & filij Caath. Amram genuit Moysen & Aaron & Mariã. Et Aaron genuit ex Heleasid sorore Naason Nadab & Abiud & Eleazar & Ithamar. Mortui autem sunt Nadab & Abiud offerentes igne alienum. Post Aaron Eleazar suscepit sacerdotium. Post Eleazarum Phinees, Ichamar item & filij eius. Isaac autem frater Amram & ipse Leuita. Huius filij Core & Nabeth, & Gazer & filij Core: Aser, & Elcana & Abiasaph. Hic Core restitit aduersus Moysen & Aaron & Chao absorptus est in viuis. Celebratur Amram vxor eius. Filij eius Misael, Eliapham & Sethri, & Dile. Hi filij Leuitæ \* traditi sunt omnes Aaron autem & filij eius Arca testamenti vt ministrarent ei & tolerent eam, & facta est eius pars decima sacerdotibus initiata & primogenita & quæ in sacrificijs constituta & primogenito & destinata Leuitis, dicta est Lex vt quæcunq; acciperent à populo ex decimis, decimas darent sacerdotibus, vt existimaretur eis tanquam oblatio initio eorum. traditæ sunt illis etiam ciuitates refugiorum sex, & harum prata sementia in circuitu cuiusq; ciuitatis cubiti duo millia, & hæc ciuitates XLII. Sacerdotibus quidem x. Leuitis quoq; XIII.

Puto latius nos dixisse, quàm sperauimus, tamen necessaria pro his qui scrupulosius requirere volunt, & multa legerunt, quos existimo facile percipere quæ scripta sunt.

Sed & illi qui pauca legerunt, facilius ad intellectum possunt peruenire ex illis, quæ à nobis per breuiatã inquisitionem declarata sunt.



MACE-

Caput 30.  
Inicium patris  
Leuiticorum.  
Num. 3.  
& Merari

Exod. 6.  
i. Paralip. 24.